

MARYLAND CHARTER.

v.

“ HABENDUM, tenendum possidendum & gaudendum prædict’ Regionem, Insulas, Insululas, & cætera præmissa, præfato modò Baroni de *Baltemore*, & Hæredibus & Assignatis suis, ad solum & proprium Opus & Usus ipsius modò Baronis de *Baltemore*, Hæredum & Assignatorum suorum imperpetuum.”

“ TENENDUM de Nobis, Hæredibus & Successoribus Nostri, Regibus *Angliæ*, ut de Castro Nostro de *Windfore* in Comitatu Nostro *Berks*, in libero & communi *Soccagio*, per Fidelitatem tantum, pro omnibus Servitijs, & non in *Capite*, nec per *Servic’ Militare*; Ac reddendo inde Nobis, Hæredibus & Successoribus Nostri, Duas Sagittas *Indicas* partium illarum, apud dictum Castrum de *Windfore*, singulis Annis tradendas, in Die Martis in *Septimana Paschæ*; ac etiam Quintam partem omnis Metallum Aurei & Argenti, Anglicè, *of Gold and Silver Oar*, quod infra præfat’ *Limites*, de tempore in tempus, contigerit inveniri.”

Tenure.

Rent reserved.

And part of Mines.

“ UT verò prædict’ Regio, sic a Nobis concess’ & descripta, cæteris omnibus illius Terræ Regionibus præfulgeat, & amplior’ Titulis coretur, Sciatis, quòd Nos de ampliori Gratiâ Nostrâ, certâ Scientiâ, & mero Motu Nostri, dict’ Region’ ac Insulas in Provinciam erigendas esse duximus, prout eas ex Plenitudine Potestatis & Prærogativæ Nostræ Regiæ, pro Nobis, Hæredib’ & Successorib’ Nostri, in Provinciam erigimus & incorporamus; eamq; *Terram Mariæ*, Anglicè, *Maryland*, nominamus, & sic in futur’ nominari Volumus.”

Made a Province.

By Name, *Maryland*.

“ ET quoniam præfat’ modò Baronem de *Baltemore* totius Provincie antedict’ Verum Dominum & Proprietar’ superius Fecimus & Ordinavimus; Ulterius igitur Sciatis, quòd Nos, pro Nobis, Hæredib’ & Successorib’ Nostri, eidem modò Baroni, de cuius Fide, Prudentia, Justitia, & provida animi Circumspectione plurimum Confidimus, & Hæredibus suis, pro bono & fælici dictæ Provincie Regimine, Leges quascunq; sive ad Publicum ejusdem Provincie Statum, sive ad Privatam Singulorum Utilitatem pertinentes, juxta sanas Discretionem suam, de & cum Consilio, Assensu, & Approbatione liberorum Hominum ejusdem Provincie, vel Majoris Partis eorundem, vel eorum Legatorum vel Deputatorum, quos ad Leges condendas, quum, & quoties Opus fuerit, a præfat’ modò Barone de *Baltemore*, ac Hæredib’ suis, ac in Forma, quæ illi vel illis melior esse videbitur, convocari Volumus condendi, faciendi, edendi, & sub Sigillo prædict’ modò Baronis de *Baltemore*, ac Hæredum suorum promulgand’; easq; in omnes Homines infra dictam Provinciam & Limit’ ejusdem pro tempore existen’, vel sub illius vel illorum Regimine & Potestate *Terram Mariæ* versus navigand’, aut inde redeund’ extra vel ad *Terram Angliæ*, vel extra, vel ad aliqua al’ Domin’ Nostra, vel aliena ubilibet, constitut’ per Multarum Impositionem, Incarcerationem, & al’ quamlibet Coercionem, etiamsi oporteat, & delicti Qualitas id exigerit, per Membr’ vel Vitæ Privationem, per se præfat’ modò Baron’ de *Baltemore*, & Hæredes suos, seu per Deputat’ Locumtenentes, Judices, Justiciarios, Magistrat’, Officiarios & Ministros suos, secundum Tenorem & veram Intentionem Præsentium constituendas & conficiendas debite exequendi: Judicesq; Justiciar’, Magistrat’ & Officiar’ quoscunq; ad quascunq; Causas, & cum quacunq; Potestate, & in Formâ, quæ præfat’ modò Baron’ de *Baltemore*, vel Hæredibus suis melior esse videbitur, Terra illa ac Partium illarum Mariæ constituendi & ordinandi; Crimina item & Excessus quoscunq; contra hujusmodi Leges, sive ante Judicium acceptum, sive post, remittendi, relaxandi, pardonandi, & abolendi; cæteraq; omn’ al’ & singul’ ad Justitiæ Complementum, Curiasq; Prætorias & Tribunalia, Judiciorum Formas, & procedendi Modos pertinen’, etiamsi de illis expressè in Præsentib’ non fiat Mentio

Power of making Laws, with the Assent of the Freeholders, or their Representatives.

Their Extent, as to Place.

As to Punishments.

Power of making Judges, &c.

And of Pardoning.